



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1657

§. 230. Et deridebant eum principes cum eis. v. 35.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45549

tus spectandi à pueritia se prodens, videtur à natura inditus esse, quod sensus nostri perceptione objectorum quasi mulcetur, juxta illud Aristotelis, omnis homo naturaliter ferre desiderat. Accedit tamen sepe ad hunc turae impetum amor feriandi, imo otiositas.

E Gredere & tu anima mea, egredere & contemplare in monte Calvariae in Cruce pendentem Iesum, considera & intuere bene & exacte ora ibi dignum objectum est. Ecce beatos pedes, venerandas manus, benigna brachia, amabile pectus, humi te proifice & adora, quia Deus est, etiam cum Maria pedes osculare, quia summus pontifex est, huius manus prehensa, quia dominantium Dominus est, in brachia huius invola, quia pater est, in huius pectus incumbe, quia sponsus est. Inspice vulnera pendentes, viscera miserentis, sanguinem mortentis, pretium redimentis. Haec quanta sint cogita, haec in statu tua cordis appende: ut totus tibi figuratur in corde, qui pro te totus est affixus in Cruce.

¶. 230. Et deridebant eum principes cum eis, v. 35.

Principes & populus, Dominus & servus. Rabbini synagogae & scilicet in Lege docti, cum suis discipulis seniores, cum junioribus pueri, etiam Solymorum & exul omnis natio & populus; gentilis & Iudeus: eum populi ducentorem, impostoremque vocitabant. Enegreditur sane Regem Iudeorum: Enegreditur Messiam & similia, ridicule vociferabantur. Alii thelauros ab eo requirebant, antequam moreretur. alii ubi regni sui processerent. Alij adorantes simulare orabunt ab eo promoveri ad officia. Alius dicebat: quid iste esset filius Dei? filius Diaboli. & talia horrendaque ac tacenda. Denique etiam garriebant, ecce nunc sedem majestatis occupat inter duos Iudeorum nequissimos. Et qui Cæsari tributa dari sollicite defensabat, iam Cæsaris autoritate sentit sibi tributum moris imponi, iam à Cæsare sui favoris in ipsum indicem remunerationem promotionem accepit.

O Animæ Deo dilectoræ, nolite obsecro scandalizari in eo, qui in signo deo maledicitur, iste brevi regnabit à signo. modicum expectate & facies vestrae non confundentur. Ista probra sunt semen gloriae, iam & hac die seculurae & manifestanda. expectate feramus moram breviculari abundantia præmij compensabit doloris intentionem.

¶. 231. Dicentes: Alios saluos fecit, v. 35.

Nisi in comedis quivis proprium peculiaremque modum perferat